Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



158 LIB

adsumptio dni dicis adeos uos estis honus siue adsumptio proiciam
quippe siue adlidam uos dicit dns & prophetas & sacerdotes & po
pulus quidicit honus siue adsumptio dni uisitabo siueulcisca
superuiuum illum & super domum eius. haec dicitis unus quis
que adamicum suum & ad fratrem suum quidres pondit
dns & quid locutus est dns & honus siue adsumptio dni ultra
non memoratur quia honus siue adsumptio erit unicuique sermo
suus uerbum ebraicum. massa. aquila. upaaa. idest honus
& pondus interpretatur simmacus LXX. & theodocio
adsumptione ubicumque ergo gravis est quod dns comminatur
& plenum ponderis aclaboris & importabile intitulo quoque
arma hoc est pondus dicitur. Ubicumque autem prospera
dns pollicetur siue post comminationem meliora promittit
ibi uisio dicitur uelcerta uerbum dni & perspicuum erit
ex ipso titulo prophetae ponderis siue uisionis & uerbi di
qualis uaticinatio sequeretur. Quia igitur prophetae
solebant populo peccatori christianunciare & comminari supplicia
ut eos retraherent ad paenitentiam clemens autem
& miserator dns diu sententiam diferebat putabat deceptus
populus & pseudo prophetarum fraude seductus non uen
turam quaedns minabatur & rem seuerem in ludum & iocum
uertebant prophetantibus quae prophetis quasi in ridentes
dicebant rursum hic uidet pondus & honus dni adquerta
fiebat ut nequaquam ultra uisio sed per iocum adquaerisum
onus & pondus appellaretur pur ecepit ergo dns ut siue popu
lus siue prophetas siue sacerdas interrogauerint hieremiam
quod sit pondus uel quae adsumptio dni respondeat eis & dicat
uos estis onus & uos adsumptio adsumam enim uos & proici
am adlidamque & interire faciam. siquis autem
deinceps uel prophetarum uel sacerdotum uel populi
ausus fuerit honus & pondus dni nominare.